



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Onvs Ecclesiae. In hoc libro ... admiranda quædam ac  
planè obstupenda, de septem ec-  
clesiæ statibus,  
abusibus quoq[ue] grauissimis, & futuris eiusdem  
calamitatibus ex sanctor[um] pro-  
phetijs & ...**

**Pürstinger, Berthold**

**Coloniæ, 1531**

**VD16 ZV 12498**

De nouis prophetis & modernis reuelationibus Cap. 2

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29969**

DE AVTHORITATE VETETIS ET NOVI TESTA.

2. Pet. 3. VI § Insuper princeps Apostolorum Petrus futurorum auctoritatem sumit ex prophetis, nosque admonet, ut memores simus verborum à sanctis prophetis, apostolis, ac à saluatore nostro prolatorum, dicens: Omnis prophetia scripturæ propria interpretatur, & non fit: non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti dei homines. I. c. 57. §. 5

Amos. 5. VII § Et sicut propheta olim de futura erga nos gratia prophetarunt, pronuntiantes Christi incarnationem, passionem, & gloriam, sic etiam futura, contra nos iudicia diuina reuelat. Vnde Amos: Reuelabit (inquit) quasi aqua iudicium & iustitia quasi torrens fortis. Sic altissimus reuelauit Esdræ mysteria multa, eas scilicet visiones supremorum, quæ faciet deus his qui habitant super terram à nouissimis diebus. Dignus enim fuit, cui deus ostendit tempora nouissima. Ideo angelus ad ipsum Esdræ, ait: Veni tibi ostendere tempus venturæ noctis: audita est enim vox tua apud altissimum: vidit namque fortis deus directionem tuam, & præuidit pudicitiam quam à iuuentute tua habuisti, & propter hoc misit me demonstrare tibi hæc omnia. Quæ non omnibus demonstraui deus, nisi Esdræ & sibi similibus paucis. Quapropter angelus ad Esdræ, inquit: Scribe ergo omnia ista in libro quæ vidisti, & pone ea in loco abscondito: docebis ea sapientes de populo tuo, quorum corda scis posse capere & seruare secreta hæc. I. c. 58. §. 4  
§. eo. §. 5  
I. c. 5. §. 8  
§. eo. §. 1. &  
I. c. 4. §. 5  
I. c. 5. §. 4

Matth. 11. VIII § Ceterum omnes propheta veteris testamenti, & lex usque ad Iohannem Baptistam, postea in nouo testamento dominus Iesus, pluribus euangelii locis, & quidam eius discipuli in suis canonicis prophetarunt, non solum de excursu synagoge, quoad primum Christi aduentum, sed etiam de futuris calamitatibus ecclesiæ, quoad secundum Christi aduentum. Imò etiam propheta multa prædixerunt de aduersitatibus gentium, ut ratione abutentes eruderentur flagellis, ac omnes docerent deum cognoscere atque timere. Plures propheticas auctoritates de euenturis contra nos plagis in quibusdam sequentibus capitulis adducam. I. c. 62. §. 1  
§. eo. §. 7  
I. c. 2. §. 5  
I. c. 2. §. 4. &  
I. c. 53. p. to.

IX § Proinde noui & veteris testamenti prophetia in codicæ bibliæ contenta singulariter in Apocalypsi, licet ut plurimum sint obscuræ, & ad diuersas vias exponibiles, tamen tanquam canonicæ sunt certæ, & approbata auctoritate fulcitæ ut negari nequeant: ideo calamitatum per easdem prophetias reuelatarum perniciosa enim merito sunt abhorrendi. Reuelationes autem quorundam sanctorum seu deuotorum hominum nouiter repperit non omnimodam certitudinem afferunt, quinimò huiusmodi reuelationes, in ueris vel falsificatis literis, quibusque corrumpi vel nomine alterius confingi seu peregrino titulo ascribi possent. Quoad etiam Satan se transfiguratur in angelum lucis, ut hominibus etiam iustis immisiones sub fuce reuelationum faciat, quo eos falsis opinionibus extollat ad gloriam reuelationum. Quoad etiam glosam in principio Ezechielis, prophetia iusti, ob crebrum prophetandi usum, ex proprio suo spiritu falsa proferunt, dum existimant hoc ipsis ex spiritu sancto provenire. §. in prologo. §. 5  
§. eo. §. 1. &  
I. c. 2. in pri.

X § Propterea Christus præcipit attendere à falsis prophetis. Siquidem nonnulli olim propheta prophetauerunt in Baal & idola secuti sunt, prophetabantque mendacium ac decipiebant populum, ut is periret unum cum suis prophetis, qui vaticinabantur. Dicitur enim: Væ prophetis insipientibus qui sequuntur spiritum suum, vident vana, & diuinant mendacium. Tales quippe diuinaculi nequiter agunt populumque seducunt. Vnde merito confunduntur tanquam vesani & infideles viri. Quamobrem diligenter est attendendum, an spiritus ex deo sit, an ex seipso. Scrutemur igitur estimationem & auctoritatem nouarum prophetiarum & reuelationum, de quibus nunc sequitur. I. c. 2. §. 7  
I. c. 7. §. 8. in fine  
I. c. 15. §. 45.  
I. c. 2. §. 8

¶ De nouis prophetis ac modernis reuelationibus. Ca. II.

Cath. Senē. ca. 89. **C**onsiderari itaque oportet, alium in veteribus, alium in recentioribus prophetis modum esse obseruandum. De antiquorum sanctitate & auctoritate constat usque adeo ut eorum dicta, ceu certa, & approbata recipiantur. Quippe anima in charitate dei perfecta, plerumque videt, intelligitque absconsa & secreta cœlestia. Vnde spiritu prophetia frequenter dotatur, agnoscens quæ futura sint, quod tamen humilis anima non debet appetere, existimans se indignam tali mentis serenitate, alioquin spiritu ambitionis agitare. Nulla

Nulla equidē anima in hoc seculo est adeo perfecta, quin amplius in amore quotidie crescere aut decrescere valeat. Hæc ex Catharina Senen. Quamobre nouorum prophetarum reuelationes operæ pretium est prius attente perspicere, an veteres prophetias sequantur vel declarent, an sint necessariae, bonae, ac viles seu adificatoriae, & an ipsi noui prophetae fuerint sanctae probataeque conuersationis, & qualem finem fecerint. Spiritus enim dei non quiescit, nisi super humilem & tremētem verba illius. Videns equidem Iesus tribulationes quas passura erat ecclesia, quo minus timore deficeremus, disposuit eas reuelari, non solum per seipsum in plerisque Euangeliorum locis, sed etiam per angelos suos sanctis prophetis tam noui quam veteris testamenti, ut supra dictum est. Nonnullis quoque alijs probatis viris ac mulieribus inferius nominandis futuras calamitates insinuauit idem saluator noster Iesus Christus. Cuius solius, quantum ad eius humanitatem est, librum clausum, & septem sigillis signatum aperire, id est, reuelare ea, quae disposuit deus facere in ecclesia militante usque in finem seculi. Ipse enim dixit: Ego Iesus misi angelum meum testificari vobis hæc in ecclesijs, contestor enim omni audienti verba prophetiae huius libri. Ecce Christus disposuit, tribulationes futuras per angelum reuelari Iohanni, per Iohannem & ecclesiam. De qua quidem reuelatione Iohannes Apocalypsim condidit.

I § Legitur insuper apud Birgittā, quod deus considerans miseriam hominis, expulit eum de paradiso, ad terram usque propellens, quasi in custodia & locū captiuitatis, ubi homo experiretur suam infirmitatē, inobedientiamque lueret, inibi que subiectus esset influentijs elementarijs, & periculis inferioribus: postea homo oblitus bonitatis & iustitiae diuinæ, contempsit deum iudiciū, neque deum timebat. Et iteque eorum conscientijs obumbratis miserabilius quam in paradiso ceciderunt homines. Idcirco deus suam iustitiā ostendit in diluuiō sub Noe, quo timore dei in corda hominum fundebatur. Deinde contra vltiorē hominum perfidiam, deus dedit suam legē Moysi, ac verba sua signis & operibus adimpleuit, promittens suum in gratia aduentum: Quo cōpleto, & facta nostri redemptione, adhuc indurati corde opera & verba Christi obliuioni tradimus, & quasi deridemus.

II. § Ut igitur iustitia dei attendatur, & sæueritas diuini iudicij innotescat, duxit deus in spiritum suum electas personas, per quas diuinam voluntatem, sententiamque suam nobis ostendit, atque iubet, ut in lucem diuina proferatur iustitia vna cum misericordia. Quam discamus quare vere, nobisque districto iudicio præcauere. Nam licet diuina verba ab æterno scripta sint & certa, quia non transibunt, tamen antequam operæ compleantur, annuntiarī solent. Tunc demum sentientur quando ad effectū venerint, hoc est quando operæ reuelabuntur. Idcirco Christus precibus Mariæ & sanctorum misit mundo verba oris sui ab æterno præscita, quorum sunt duo, videlicet maledictio in induratos, & misericordia in humiles. Hinc sancta Maria apud Birgittam ait ad dominum Iesum Christum. Rogo te ut verba tua, quae dignatus es ostendere, radicentur in cordibus hominum, & perficiantur. Ad quam dominus: Verba mea intrare debent in mundum, primo in iustitia, ut homo non ex timore, sed vera charitate mihi seruiat. Secundo cum misericordia, ut homo intelligat deum suum, quem negligit esse misericordem.

III. § Dedit quippe deus Apocalypsim, id est reuelationem secretorum palam facere seruis suis, quae oportet fieri cito, & significauit mittens per angelum suum Iohanni & alijs suis seruis. Quorum dei seruorum Thelosphorus heremita in suo tractatu meminit, nominatim Ioachim abbatis, Merlini, Cyrilli, Dandali, Rabani, Rainerij, Vincentij, Francisci, & aliorum, inter quos Methodius martyr magnæ est auctoritatis, qui in carcere tentus à deo per angelum reuelationē futuri temporis usque ad finem huius mundi percepit. Cuius non spernendam mentionem facit Hieronymus in libro illustrium ecclesiae scriptorum. Picus autem hunc Parcharensem fuisse asserit, & omnino alium eo cuius Hieronymus meminit, pariter & sceminae sanctae de tēpestatibus hoc tēpore imminentibus prophetarunt, notatē Catharina de Senis, copiosius Birgitta de Suetia, quae admodum in sequentibus patebit. Cuius dicta quantæ sint auctoritatis, infra videbitur.

Tho. 22. c. 9  
24. art. 8  
Esaia. 66  
Apo. in plo  
Gilberti.  
Matth. 24  
Marc. 13  
Luca. 21  
Apo. 5  
Apoc. 12

1. Birgitt. 17  
Gene. 3  
Tho. 22. q.  
10. 64. art. 2

Gene. 7

Matth. 24  
Luca. 21  
6. Birgit. 34

Birgi. ex. 50  
Tho. 1. pr. q.  
19. ar. 6. & q.  
21. art. 4  
Apoc. 1.

Thelosphorus.  
Methodius.

12. cōtra Astrologia.

Hildegardis  
parte secūda  
lib. diuinorū  
opeꝝ, c. 2. 9

Parte tertia,  
lib. reuelati-  
onū.

Epheſi. 1.

Tho. 1. pte  
q. 1. ar. 9  
Gala. 1.

6. Birg. 18

2. Petri. 1. &  
Tho. 22. q. 10  
71. ar. 1. ad q̄  
Vbertin<sup>o</sup> de  
7. statib. c. 4.  
Tho. 22. q.  
164. ar. 6

Matth. 7  
2. Coꝝ. 11.

2. Theſſ. 2  
Hierc. 5. 23.

III § Ante eas circa annum domini. 1170. claruit Hildegardis sanctimo-  
nialis monasterij S. Rudberti ordinis Cisterciens. quod situm est apud Pingiam  
in Brabantia, quæ multa, deo inspirante, de futuris ecclesiæ plagis reuelauit. Cu-  
ius scripra in Treueren. concilio per papam Eugenium approbata sunt inter alia  
dicentis: Cum peccata odij, homicidij, & Sodomitæ, se inuicem iunxerint, tunc  
constitutio legis dei diuidetur, & ecclesia quasi vidua concutietur, ac principes,  
nobiles, & diuites per suos subditos de locis proprijs expellentur, & de ciuitate  
in ciuitatem fugabuntur. Nobilitas quoq; generis eorum ad nihilum deducetur,  
& de diuitijs in paupertatem redigentur. Ista omnia tunc fient, cū antiquus ser-  
pens varietatem morum & vestimentorum in populos sibilabit. Et infra: Ventu-  
ra sunt mala guerrarum & belloꝝ victoriæ super populum Christianū propter  
tyrannidem principum, & cupiditatem prælatorum. Et infra: Caderetq; populus  
Christianus in manu hircorū & bestiarum. Per quas bestias intelliguntur feroces  
Turcæ, alijve Sarraceni. Omnes itaq; præscripti noui prophetæ de casibus & fla-  
gellis futuris reuelauerunt pleraq; varia, sed pene in vnum consonantia, quæ iam  
nostris temporibus instant iuxta eorum reuelationes, quibus plures veteres pro-  
phetiæ vtriusq; testamenti accōmōlantur. Concorditer namq; insinuant, q̄ in fi-  
ne quinti status ecclesiæ, & in decursu sexti status, in quo nunc sumus (vt infra pa-  
tebit) ecclesia præsertim latina tantā patietur tribulationē, quantā hæcenus non  
sit perpeſſa. Implebuntur enī (secundū Ioachim) scripturæ & prophetiæ crudeli-  
tatem cōminantes. De quibus infra in cap. 31. cū pluribus sequentibus capitulis.

V § Equalem illis prophetis dedit deus spiritum sapientiæ & reuelationis  
in agnitionem futurorum, vt scirent quæ esset spes vocationis eius. Et si quādoq;  
per corporeas demonstrationes factæ sint reuelationes, quia mens humana non  
potest capere intelligentiam spiritualium sine aliqua similitudine corporali, ta-  
men ijdem sancti viri & mulieres huiusmodi reuelationes non ab homine acce-  
perunt, nec didicerunt, sed per reuelationem Iesu Christi, cui placuit vt reuelati-  
ones intelligerent, & euangelizarent in gentibus, qui continuo non acquieue-  
runt carni & sanguini, sed seruido salutis proximorum amore mysteria futura  
calamitatis, diuinitus sibi manifestata, mundo patefecerunt. Ad hoc facit, quōd  
Christus apud Birgittā ait: Licet nō quasi voce corporis loquar, vel verba mea  
non aperte audiantur, tamen spiritus meus in electis meis occulta inspiratione  
monet eos ad faciendū bona. Et quāuis quandoq; ex eorū scriptis defectus depre-  
hendatur, quia nō omnia vel singula sua præ nuntiata, eo tempore vel loco, qui-  
bus præscripta sunt, perficiuntur, tamē hoc euenit non ex defectu spiritus, sed ex  
incerta opinione humana. Nam secundum Vbertinum: Spiritus sanctus pro-  
pheticus sæpe tangit mentem alicuius prophetæ ad aliqua generalia futura, & po-  
stea dimittit intellectum humanum negotiari in illis generalibus. In quo quidem  
negotio ex fragilitate humana potest falsa opinio immisceri & error scribi, ob  
id tamen primum lumen infusum non censetur esse falsum vel erroneum.

VI § Ergo nemo dubitare debet, calamitates reuelatas esse aliquando futu-  
ras, tametsi operationes præ nuntiata diuersimode eueniant. Siquidē propheta  
futuras ærumnās ex instinctu spūs sancti, vel ex reuelatione domini Iesu clara lu-  
ce generaliter prospexerint, eorū tamen euentus, conditionesq; speciales, ad tem-  
porū significationes non plene intelligētes, multa sub opinionibus descripserūt,  
propterea tamen eorū reuelationes non sunt despiciendæ, neq; negligendæ.

VII § Atqui iuxta saluatoris nostri doctrinam attendendū est, a falsis pro-  
phetis, qui ad vos veniunt in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi ra-  
paces, & a fructibus eorum cognoscendi. Nā eiusmodi pseudoapostoli sunt ope-  
rarij subdoli transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum, ipse em̄ Sa-  
tanās transfigurāt se in angelum lucis. Vnde vltierus inquit apostolus: Qui cha-  
ritatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, illis mittit deus operationem et-  
roris, vt credant mendacio, prout tempore Hieremiæ, falsi prophetæ negaue-  
runt dominū, & dixerunt: Non est ipse, neq; veniet super vos malū, gladiū & fa-  
mem non videbimus, prophetæ fuerunt in ventum loquuti. Rursus dicebant ad  
pp̄m

f. ca. 14. §. 3  
f. c. 6. in p̄i.

f. ca. 43. §. 7  
f. ca. 54. §. 5  
f. ca. 26. §. 7  
& f. c. 27. §. 8. in fine

f. ca. 28. §. 5  
f. c. 25. §. 4,  
in fi. & f. ca.  
41. §. 5

f. c. 45. i. p̄i.  
f. c. 1. in p̄i.

f. eo. §. 9  
f. ca. 4. §. 11.

f. c. 14. §. 16 p  
f. c. 5. §. 6 (to  
f. c. 31. p. tot.

f. c. 5. §. 1.  
f. eod. §. 9

f. eo. §. 2. &  
f. c. 3. §. 5

f. ca. 62. §. 15  
f. c. 6. §. 5

f. c. 4. §. 1.  
f. c. 1. §. 3

f. c. 5. §. 5

f. ca. 1. §. 10  
f. c. 1. §. 9. &

f. ca. 17. §. 1.  
f. ca. 12. §. 7

f. ca. 12. §. 1.

populum: Pax erit vobis, non veniet super vos malum, quis enim affuit consilio domini, & vidit, ac audiuit sermonem eius: Sic (teste saluatore) multi pseudoprophetae surrexerunt, & seducunt multos, quonia abundat iniquitas, & refrigescit charitas multorum. Ad hoc illud Petri: Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: Vbi est promissio, aut aduentus Christi? latet enim eos quod caeli erant prius, & terra de aqua. Apostolus igit nos rogat, vt non cito moueamur a nostro sensu, neque terreamur quasi instet dies domini, ne quis nos seducat. Quinimod, va his qui proferunt de corde suo, qui ambulant post spiritum suum, qui dicunt, haec dicit dominus, & dominus non misit eos. Vnde Christus ad Birgittam: Caue omnino ne vnum verbum de spiritu tuo addas ad verba spiritus dei.

VIII § De huiusmodi falsorum prophetarum numero supra nominati sancti non fuerunt, qui diligenter cauerunt, ne quid ex proprio capite diuinarent. Quod ex eo deprehenditur, qui in omnibus exhibuerunt semetipsum sicut dei ministros, quoniam vitam suam in sui humiliatione, in multa patientia, in castitate, in scientia, in spiritu sancto, in charitate non ficta, in conuersatione munda, honestateque condigna, in seruire iustitiae, in omni denique virtute peregerunt, finem suae vitae sanctum adepti, suas reuelationes dum viuerent non retractauerunt, sed eis firmiter inheruerunt, ac tandem sua morte confirmarunt. Nam ossa sanctorum etiam post mortem prophetant: siquidem homo mortuus reuixit, cum tetigisset ossa praemortui Helisaei prophetae. Et Samson multo plures interfecit moriens, quam ante viuos occiderat. Quippe anima viri sancti enuntiat aliquando vera plusquam septem circumspectores, sedentes in excelso ad speculandum.

IX § In testimonium itaque & ostensionem veritatis praedictarum reuelationum post eorundem prophetarum mortem, per ipsos deus cunctipotens crebra miracula fieri concessit, ecclesiam suam commonendo, vt nonnullos ex electis nouis prophetis, tanquam dei electos in catalogum sanctorum sublimaret. Hinc praesumitur quod illi habuerunt influxum spiritus sancti, & luminis supernaturalis, ac manifestationem certorum futurorum euentuum ad nostri instructionem, & emendationem spectantium. Nam in omnibus suis reuelationibus nil inhonestum, vel rationi contrarium, sed cuncta sacrae scripturae & fidei catholicae, ac iuri communi consona spiritu prophético praedixerunt, & euentura nuntiauerunt. Enixi enim sunt per sanas doctrinas informationes, & reuelationes in praesenti vitiorum caligine, & tempore periculoso, homines modo viuentes, ac posteros instruere, & ad bene viuendum inducere, ad fugiendum ab ira dei & a tuo terribili iudicio nobis imminente ex districta eius iustitia. Porro quae prophetica veritatem attollunt (prout Thomas narrat) sunt ista, videlicet cognitio intellectus, seu imaginaria visionis, & eiusdem fidelis denuntiatio, sequensque per miracula confirmatio.

X § Ergo concluditur quod ipsorum reuelationes eis non ex immisione diaboli, sed diuinitus fuerunt infusae. Siquidem diabolus homines destruere, & a fide seducere semper conatur. Illi vero sancti prophetae conatum suum ad dei laudem, & ad aedificationem, cautelamque proximi direxerunt. Cum autem Birgittae reuelationibus comunius quam aliorum in sequentibus vtar, necessarium duxi de ipso Birgittae sanctitate & autoritate aliquid in medium esse afferendum.

De sanctitate & autoritate Birgittae. Cap. III

**F**utura praenoscendi & reuelandi munus foeminis praemaribus esse datum, Henricus de Hassia arbitratur, quia deus infirma eligere consuevit ad confortandum fortia. Sic philosophos supernam veritatem celauit, & foeminis aliquando communicauit. Mirandula quoque inquit: Foeminae sunt humidioris naturae, vt in eas rerum species impensus fluant. Sunt praeterea anxiae & plerumque voracidae. Qua de re crebriores illis reuelationes fiunt, tametsi ipsae credulae interdum delirant, & facilius falluntur.

I § Birgitta vero reuelationes diuinorum eloquiorum similitudinem & imitationem sacrarum scripturarum praeseferunt, humanaeque rationi & prudentiae

Mat. 24

2. Pet. 3

2. Theff. 2

In scdo prolog. Matth.

Birg. ext. 46

Apo. 22

2. Cor. 6

Ecci. 48. 49

4. Regum. 13

Iudi. 16

Ecci. 37

22. q. 174. ar

ti. 4. & in de

veri. ma. 12

ar. 13. & 14

1. Cor. 1.

Picus de pre

notione li. 9

c. 2. 4. 6